Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

flumenum: et de petra melle satura
ut eos. Gloria patri et fi. pnis dñi. lxxxj
Deus stetit in synagoga deorum:
in medio autem deos dijudicat.
Usque quo judicatis injustitiam:
et facies peccatorum sumitis. Judicate
egeno et pupillo: humilem et pau
perem justificate. Eripite pauperem
et egenum: de manu peccatoris
liberate. Nescierunt neque intel
lexerunt in tenebris ambulant:
movebuntur omnia fundamen
ta terre. Ego dixi dij estis: filij ex
celsi omnes. Vos autem sicut
homines morietis: et sicut unus
de principibus cadetis. Surge deus
judica terram: quoniam tu heredi
tabis in omnibus gentibus. Gla. A.
Exultate deo adjutori nro. A. Tu solus. lxxxij
Deus quis similis est tibi: ne
tacas neque conquiescas deus.
Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: et qui
oderunt te extulerunt capita. Su
per populum tuum malignaverunt consi
lium: et cogitaverunt adversus sanctos tu
os. Dixerunt venite et disperdamus
eos de gente: et non memoretur no
men israel ultra. Quoniam cogitaverunt
unanimiter simul adversum te testa
menti: disposuerunt tabernacu
la idumeorum et ysmaelite. Moab
et agareni gebal et amon et amma
lech: alienigene cum habitantibus tyrum.
Etenim assur venit cum illis:
fuerunt in adjutorium filijs loth.
Fac illis sicut madian et sysare:
sicut jabin in torrente cyson. Dis
perierunt in endor: fuerunt ut stercus
terre. Pone principes eorum: sicut oreb
et zeb et zebee et salmana. Omnes
principes eorum qui dixerunt: hereditate
possideamus sanctuarium dei. Deus
meus pone illos ut rotam: et sicut
stipulam ante faciem venti. Sicut
ignis qui comburit silvam: et sicut
flamma comburens montes. Ita
persequeris illos in tempestate tua: et in
ira tua turbabis eos. Impple facies
eorum ignominia: et querent nomen tu
um domine. Erubescant et conturbentur
in seculum seculi: et confundantur et pereant.
Ut cognoscant quia nomen tuum dominus:
tu solus altissimus super omnem terram. lxxxiij
Quam dilecta tabernacula tua do
mine virtutum: concupiscit et
deficit anima mea in atria domini.
Cor meum et caro mea: exultaverunt
in deum vivum. Etenim passer
invenit sibi domum: et turtur nidum
ubi reponat pullos suos. Altaria
tua domine virtutum: rex meus et deus
meus. Beati qui habitant in domo
tua domine: in secula seculorum laudabunt te.
Beatus vir cuius est auxilium abs te:
ascensiones in corde suo: disposuit
in valle lacrimarum in loco quem posuit.
Etenim benedictionem dabit legis
lator: ibunt de virtute in virtutem: vi
debitur deus deorum in syon. Domine deus
virtutum exaudi orationem meam: auribus
percipe domine jacob. Protector noster
aspice deus: et respice in faciem christi tui.
Quia melior est dies una in atriis
tuis super milia. Elegi abjectus
esse in domo dei mei: magis quam ha
bitare in tabernaculis peccatorum. Quia
misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam
et gloriam dabit dominus. Non privabit
eos bonis qui ambulant in innocen
cia domine virtutum: beatus homo qui
sperat in te. Gloria. A. Tu solus al
tissimus super omnem terram. A Benedictus.

34r